



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

Serenissimi Principi Ac Domino, Domino Maximiliano, Comiti Palatino  
Rheni, vtriusque Bauariæ Duci, &c. Domino clementissimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

SERENIS-  
SIMO PRINCIPI  
AC DOMINO, DOMI-  
no Maximiliano, Comiti Pala-  
tino Rheni, vtriusque Ba-  
variae Duci, &c. Domi-  
no clementif-  
simo.

**V** Aluit hæc olim a-  
pud plerosq; opi-  
nio, SERENISSIME  
PRINCEPS, VE SI quod ani-  
mal aut MAGNITVDINE ra-  
rum, aut FORMA prodigio-  
sum, aut INGENIO sæuum  
inuenissent, id. maximis  
quibusq; Principibus du-  
cerent transmittendum.  
Fit enim, nescio sanè quo  
modo, vt suam OCYLI VO-  
A 2. lupta-



EPISTOLA.

Iuptatem in MONSTRIS etiam ipsis inueniant: pluresq; habeat spectatores insolens DEFORMITAS, quàm familiaris ELEGANTIA reperisset. Quare & Ægyptus HIPPOCENTAVRUM, & Antiochia FAVNUM; cum viuos non possent, melle conditos; illum CLAVDIO principi, hunc CONSTANTINO Cæsari ostenderunt; gratiam ab illis inituræ, si informes formas, & AFRÆ solitudinis spectra cõmonstrassent. Hominem MARINVM Libyes in Hispaniam; portentosa molis ELEPHANTVM Lusitani Romã ex ultimã Indiã deportarunt;



EPISTOLA.

runt; longæ nauigationis  
grande pretium pacti, vt  
Monstrum belluę summus  
terrarum PONTIFEX vide-  
ret. Quid multis? HYDRAM  
ipsam si HERCVLES, aut  
SPHYNGEM suam OEDIPVS  
reducerent, magnis heroi-  
bus nunc ipsi heroës dedi-  
carent. Equidem nescio,  
SERENISSIME PRINCEPS,  
an non perinde portento-  
sam belluam Vestræ Sere-  
nitati hodie transmittam?  
Monstrum profectò HOR-  
RENDVM INFORME, IN-  
GENS: quod pridē in COE-  
LO conceptum, MVNDI  
huius tetrarchiam infeli-  
cissima sobole vastare, &

A 3 ho-



hodieque per inferos la-  
 tissimè grassari perseuerat.  
 MORTIFERVM id PECCA-  
 TVM est: lues perniciosq;  
 generis humani: Animal  
 Tigride sæuius; HYDRA  
 monstruosius, & præ om-  
 nibus HIPPOCENTAVRIS  
 FAVNISQVE deforme. Quod  
 non modò cum feris LEO-  
 NIBVS comparant diuinæ  
 litteræ; sed cum VIPERIS  
 etiam pestilentibus com-  
 ponunt: Nec contentæ  
 ASPIDEM aut DRAGONEM  
 dicere; alijs hoc genus no-  
 minibus turpissimam fe-  
 ram infamant. Huius ipsi-  
 us progeniē appellat Ma-  
 gnus AVGVSTINVS, TRA-  
 GE-



GELAPHOS ; huius ipsius  
prole CLEMENS ALEXAN-  
DRINVS, Cętauros; dignos  
infaustā parente pullos.  
Quod ego proinde ANI-  
MAL cūm SVMMO BONO  
planissimē contrarium vi-  
derem volui non abs re  
SVMMVM MALVM indige-  
tare: digniori voce appel-  
laturus, si peiorem inue-  
nissē. Id verò cūm non  
vium hodie, sed melle  
conditum, & quinque his  
libris, velut in tabellā, de-  
piētum haberem, rebar  
minimē fore ominosum,  
si, veterum exēplo, mon-  
strosissimæ rei imaginem,  
ad VESTRAM quoque SE-



EPISTOLA.

RENITATEM perferrē: Non  
 fanè quod arbitrabar amo-  
 re aliquo dignam, (quis  
 enim hanc HYDRÆ formā,  
 & ORCI infamiam amet?)  
 sed quòd sperabam fore,  
 vt aliquam ab eius aspectu  
 voluptatem, VESTRA SE-  
 RENITAS caperet; si ILLA  
 bonique cæteri viderent,  
 à quàm deformi monstro  
 liberi viuerent: MALI,  
 quàm turpi portento ob-  
 noxij seruirent. Vtinam  
 ea magis tempora essent,  
 quibus SVMMVM BONVM  
 siue describere mihi, siue  
 SERENISSIMO HVIC NO-  
 MIMI inscribere liceret?  
 Nemini ego illud neque  
 iusti-



EPISTOLA.

iustius, neque lubentius  
dedicarem; ea sunt SE-  
RENITATIS VESTRÆ, MA-  
IORVMQVE SERENISSI-  
MORVM in familiam hanc  
nostram merita. Interim  
certè, cui nondum illud  
inscribimus, iustissimis  
pridem votis apprecamur;  
meritòque plausu lætissi-  
mas hodie, NON ANNI VNI-  
VS KALENDAS, sed anno-  
rum centurias vouemus;  
parati de Nostris aliquid  
demere, vt numerũ hunc  
sarciamus. COELVM, SE-  
RENITATI VESTRÆSERVM  
flagitamus; Nondũ enim  
ex bono publico est, vt

A 5 eius



eius voti damnemur: infelicem patriam visuri, si citò audiremur. Monachij, Kalendis Ianuariis clo. lo. c. xv.

Serenitatis Vestrae

Humillimus Sacellanus.

Ioannes Pelecyus.